

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 1: De peccato (14)

Isidorus:

Peccata que ab incipientibus levia iudicantur,
a viris perfectis gravia reputantur.
Tanto enim maius cognoscitur peccatum esse,
quanto maior qui peccat habetur.
Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum,
et sepe quod minoribus ignoscitur, maioribus inputatur.

Peccata quae incipientibus leuia sunt,
perfectis uiris grauia deputantur.
– Tanto enim maius cognoscitur esse peccatum,
quanto maior qui peccat habetur.
Crescit enim delicti cumulum iuxta ordinem meritorum,
et saepe quod minoribus ignoscitur, maioribus inputatur.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 2.18.5-6 (CCSL 111,
P. Cazier ed., p.133, ll.21-25).